Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 282

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 190.

decretorum in multis locis dispersis et variis doctrinis compilata et facta Rome dum ad partes hyspanie vellem ire dimissa omnibus dominis meis curthisanis et presertim curam animarum habentibus pro speciali valete anno domini MCCCCXXIX. oblata per me Reverendissimo in Xto et domino Jordano de Ursinis Cardinali et episcopo albanensi" &c. Opus ipsum incipit: "Ad revelacionem gencium fidelium et gloriam plebis Xtianorum". In fine additum est: "Et sic est finis anno domini MCCCCLXIII. per me Conradum Pfaffenhofer. Explicit lumen confessorum editum per me magistrum Andream hyspanum" &c. Ejusdem luminis meminit Haen in Notit: Mss: Vol. III. p: 131.

Andreas de Escobar, Ord: S. Benedicti, Hispanus, Episcop: Megarensis; dein Civitatensis, hinc Ajacensis; obiit post annum 1437. Nic: Anton: Bibl: Vet: Hisp: T. II. p: 135.

Cod: CCLXXXII.

B f. 7.

Chartac: 4. Saec: 15.

1.

Vorne im Deckel Stiftswappen

Medela animae vulneratae.

1a – 19b

Titulus hujus opusculi est: "Incipit liber qui dicitur medela anime vulnerate"; initium autem: "In principio mee narracionis illius graciam et adjutorium imploro." In fine: "Explicit Suma de medela anime vulnerate". Est instructio de peragenda confessione sacramentali Monachis data. Author anonymus videtur Ord: S. Bened: fuisse, cujus regula saepius meminit, uti et S. Bernardi. Addita sunt quaedam quaestiones de peccatis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 282

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 191.

confitenti proponenda, quae aut praecedentis, aut alterius operis sunt fragmentum. Simile quid occurrit apud Braun in Not: Mss: Vol. III p: 131.

Anton de Butrio. — Antonio de Butrio adscriptum.

2.

Stella Clericorum. ×

19b – 29b

Stella Clericorum. Absque titulo incipit: "Quasi stella matutina". Idem opus habetur in Cod: CLVII. n: 3. In authore detegendo se hactenus operam perdidisse ait Michael Denis' Nachtrag zur Buchdruck: Gesch: Wiens. p. 44.

3.

Authoritates S. Scripturae de diversis materiis.

30a – 44a

Inscriptio sonat: "Incipiunt auctoritates de diversis materiis excerpte de libris Salomonis et eccleriastico posite sub certis titulis secundum ordinem alphabeti". Inicium est: "De amicicia prov: 3. Ne moliaris amico tuo malum". Hos sequuntur notamina theologica, quorum primum est: "Cur Deus hominem fecerit, qui peccare possit."

4.

Historia V: et N: T: rhythmica.

44b – 65b

Historia V: et N: Testamenti in rhythmos redacta. Incipit:

'Lucifer se erexit contra deum in eternum
Et in ictu oculi de excelso celorum solio
projectus in infernum". &c:

Videtur esse compendium humanae salvationis, cujus specimen exhibet Braun in Not: Mss: Vol. IV. p: 106.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 282
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 192.

5.

Ars signandi metrice descripta. 66a–68a

Ars signandi metrice descripta. Incipit: „Si quis adhuc artem signandi non bene novit. Me legat et lecto sibi signat carmine multa." Nimirum author varia describit signa manibus digitisque facienda, quibus designentur et res, et mentis conceptus, ita, ut linguæ usu supersedere possemus.

6.

Compendium morale metricum. 68b–71b

Compendium morale metricum. Incipit: „Quid plebanus ait, tu quid facis ipse vedemit". Tractat de variis materiis, satis subinde heterogeneis; v: g: de sacramentis, vitiis; de chronologicis, et in fine de animalium quorundam proprietatibus, de piscibus, et novem choris angelorum.

7.

Henrici de Hassia expositio missæ. 72a–85b

Henrici de Hassia expositio missæ. Incipit: „Quam brevis fuerit missa et in verbis et in ceremoniis." Vide Bern. Pez. Thes. Anecd. T. I. in Dissert. isag. p. p. 77.

8.

Sermones tres. 85b–111b

Sermones tres; duo de Spiritu S., tertius de Purific: B. V. Mariæ. Primus incipit: "Spiritus domini replevit &c: Reverendi patres." Non dubito hos sermones esse ex iis, quos Henricus de Hassia pro more dixit ad concionem academicam diebus anni præcipuis. Vide Script: Univ: Vienn: Sæc: I. pag: 57.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 282

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 193.

9.

Fragmenta exegetica. 112a – 136a

Fragmenta quaedam exegetica. Primum inci-pit: "Sicut legitur in exodo duo cherubim".

10.

Concil: Pataviense ad S: Hyppolitum aõ 1284. 136b – 144b.

Concilium Pataviense ad S. Hyppolitum in Austria celebratum aõ 1284. sub Martino II Papa, et Gottfrido Epis: Pataviensi. Incipit: Quoniam sedes apostolica nos in partem solli-citudinis evocavit." Habetur typis impressum apud Harzheim Conc: Germ: T. III: p: 643. Ibidem pag: 651 lacuna est, et corrupta lectio, nem-pe: Et qui sine causa legitima se absentave-rit ab eisdem (a) si plebanus fuerit - - - vel unum si vicarius fuerit domui hospita-li S: ypoliti solvere teneatur; quam codex noster optime emendat et explet, legit enim: et si quis sine causa legitima se absentaverit ab eisdem si plebanus fuerit talentum unum si vicarius dimidium hospitali sancti Ypoliti solvere teneantur. Caeterum jam de eodem di-ximus in Cod. CCXXXVIII. n. 2.

(a) Decanorum capitulis.

11.

Psalmi idiomate germanico. 145a – 250a.

Psalmi idiomate germanico, cum Benedic-tus Dominus Deus Israel, et Te Deum lauda-mus. Primus incipit: "Salichx ist der man der nich geganen ist nach unrechten lewt rat."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 282

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27635

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)